



Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Leontio Episcopo. 315.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Leontio Episcopo. 315.

Si inuito animo, ac suffragiis & populi cōtentione, manibusque coactus, Ecclesiae curam suscepisti, opitulatore Deum habebis, omnia ea, quae ad supernum statum pertinent, tibi ex animi sententia dirigentem. Si autem pecunijs, vt rumore iactatur, thesaurum, quem pretio addicere nefas est, persecutus es, ac Simonis in modū sacerdotiū consequi cupiisti, non est tibi pars nec fors in hoc sermone. Nam quae sequuntur, pro mea erga te indulgentia praetermittam. Illud vnum animaduerto, quōd Caiphā etiam sacerdotium emerat, cūm aduersus Christū illud armauit. Quocirca quisquis sacerdotium emeratur, hunc Christi carnificem Caiphā esse cōstat. Nam quae propter opera vitāque rationem in fidem accipere nequit, ea impijs donis ac largitionibus consequitur.

Callimacho Comiti. 316.

Quemadmodum per liberorum procreationem parentes salutem consequuntur, si liberorum vita ipsis curā sit: eodem modo contrā illis continget, si eorum curam atque custodiam neglexerint. Ridiculum enim fuerit, equuleis quidem, tum quod ad incessum, tum quod ad cibum & potum, atque omnem rectitudinem attinet, ingentem, iam inde à primā aetate, curam ac sollicitudinem impendi, quorum tamen & vile pretium est, & vsus mediocris, & celer interitus: homines autē, quos Deus effinxit, atque imagine sua honestauit, ac rursus in seipso renouauit atque instaurauit, feroces & insolentes relinquere, cōsque temerē, quōd libeat, ferri sinere, quōque lubrica iuuentus haud intelligit. Si haec tibi vtilia esse videntur, da operam, vt omni honestatis & grauitatis custodia filios tuos obfirmes ac communias.

Hermīno Comiti. 317.

Præclare Dominum ornas, cūm nobis fructuum tuorum primitias tribuis, deci-

Λεοντίῳ Ἐπισκόπῳ. τιε.

Εἰ μὲν ἀβελήτως παρῆχθῆς παρὲς τῆς ἐκκλησίας παραστάει, καὶ ψήφων καὶ δῆμων, καὶ χειρῶν, σε βίασάμενον, ἐξείς ἑπίκουρον τὸν θεόν, πάντα παρὲς παρῶν σου κατεωδοῦντά σοι, ὅσα παρὲς τὴν ἀνα συντένει κατέτασιν. εἰ δὲ γρήμασιν, ὡς θρυλλῆ τὸν ἀπερατοὺς μετῆλθες θησαυρόν, καὶ κτήσασαι ἱερωσύνην ὡς Σίμων ἐποίησας, οὐκ ἐστὶ σοι μερὲς ἐδὲ κληρὸς ἐν τούτῳ. τὰ γὰρ ἐξῆς Φειδοὶ τοῦ ἀλεξάνου, ἐν τῷ τῶ ὀράν, ὅτι καὶ Καϊάφας ἱερωσύνην ὠνήσατο, ὅτε καὶ Χριστοῦ ταύτην ἐξόπλισε. πᾶς οὖν ὅστις ἱερωσύνην ἐκαστήται, Καϊάφας χειροκτόνος εὐείσει. αὐτῶν γὰρ ἐργὸς πιστευθῆναι οὐ δύναται, ταῦτα δόμασιν ἀσεβέσι ποιεῖται.

Καλλιμάχῳ κόμητι. τιε.

Ὡς παρὰ τῆς τεκνογονίας σωθῆσθαι ἢ τῆς γενέων ξυνοίας, εἰ τῆς τῆς τέκνων ἐπιμελοῖτο ζωῆς, ἔτω καὶ ἐναντίων πειρασθῆσθαι, εἰ ἀμελοῖ τῆς ἐκείνων φυλακῆς. γελῶν γὰρ ἂν εἴη, τοῦ μὲν πάλαι εὐθὺς ἐκ νεότητος πολλῆς ἀξιοῦσθαι φρονήσεως, καὶ βαδίσματος ἐνεκα καὶ βρώσεως καὶ πίσεως, καὶ πάσης εὐθύτητος ἂν καὶ πμῆ εὐωνος, καὶ ἡ γρηῖσις σίμμετρος, καὶ ἡ φθορὰ σύντεμος. ἀνθρώπων δὲ, ἕς ὁ θεὸς διέπλασε, καὶ εἰκόνη οἰκεία ἐτίμησε, καὶ πάλιν ἐν ἑαυτῷ ἀνεπλάσατο, κατὰ λιμπάνειν ἀγαθῶν, καὶ ὡς ἂν τύχη φέρεσθαι παρὲς ἀβούλοντα. καὶ ἡ εὐόλιτος νεότης ἐνοεῖ, εἰ ταῦτά σοι φαίνονται γρηῖσιμα, πάση φυλακῆσ ἐμνότητος ἀσφαλίζε τὰ τέκνα σου.

Ἡρμῖνῳ κόμητι. σιε.

Καλῶς τὸν κύριον τιμᾶς, ἡμῖν τῆς καρπῶν ἀπαρχήμους, καὶ δεχέσθαι τὴν